



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De corporali & spirituali creatura quomodo sit multiplex, & non simplex. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideo solus Deus. ut ait Apost. habet immortalitatē, qui nō cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conversione mutari, nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Proinde. ut ait Augustinus in 1. l. de Trin. Substantia Dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientē, & sine ulla suo temporali motu temporalia createm, intueri & nosse, licet sit difficile, oportet. Vere ergo ac proprie incommutabilis est sola diuinitatis essentia, quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

*Hic de simplicitate.*

D  
EADEMQUE sola proprie ac vere simplex est,

*Quare crea-* vbi nec partium, nec accidentiū, nec qualibet *tura sit mul-* formarū ulla est diuersitas, sive variatio vel multipli-plex & non *simplex.* Ut autē scias quomodo simplex sit illa sub

*Cap. 6.*

*Hic de cor-* primo, quare omnis creaturæ multiplex, & nul-

*porali ostendit* lo modo vere simplex & primū de corporali, postea

*ditur quare* despirituali creatura. Corporalis utique creatura

*sit multiplex* ex partibus cōstat, ita ut sit ibi aliquā pars minor,

alia major, & maius sit totū quā quelibet pars & in

vnoquoq; corpore aliud est magnitudo, aliud co-

lor, aliud est figura. Potest n. imminuta magnitu-

dine manere idem color: & eadem figura: & colore

mutato manere eadē figura, & eadem magnitudo;

ac per hoc multiplex esse conuincitur natura cor-

poris. simplex autem nullo modo.

*Hic despirituali creatura ostendit quomodo sit*

*multiplex, & non simplex.*

E  
CREATURA quoque spiritualis: ut est anima

in comparatione quidē corporis est simplex sine

cōparatione vero corporis, est multiplex & nō sim-

plex, quæ ideo simplex dicitur respectu corporis,

qui mole nō diffuditur per spatiū loci, sed in uno-

quoq; corpore & in tota anima est, & in qualibet

eius parte tota est. Et ideo cū sit aliquid in quavis

exten-

*Ex eodem*  
*lib. 6. c. 1. eo-*

*de. optimo.*

D I S T I N C T . VIII.

Exigua paricula corporis, & sentia anima, quāvis non fiat in toto corpore, illa tamē tota sentit, q̄a totam non latet. Sed tamē nec in ipsa tota anima vera simplicitas est. Cum n. aliud sit artificio-  
 sum esse, aliud inertē, aliud acutū, aliud memorē, Cap. 7. eiusdem  
dem l. conti-  
 aliud cupiditas, aliud timor, aliud letitia, aliud tri-  
 nitatis possintq; hęc & alia huiusmodi in numero-  
 bilia in anima inueniri natura, & alia sine aliis, &  
 alia magis alia min⁹: manifestum est nō simplicē,  
 sed multiplicem esse naturā. nihil n. simplex mu-  
 tabile est: omnis autē creatura mutabilis est: nulla  
 ergo creatura vere simplex est. De' vero eti⁹ multi-  
 plex dicitur, verē tamē & sūmē simplex est, dici-  
 tur n. magnus, bon⁹, sapientia, beatus, verus, & quic-  
 qui daliud non in dignitate dici videtur: sed eadē ma-  
 gnitudo eius est quæ sapientia, Non n. mole magn⁹  
 est, sed virtute, & eadem bonitas eius est, quæ sa-  
 piētia, & magnitudo & veritas; & nō est ibi aliud ipsum Quomodo  
Deus sim-  
plex est.  
 beatum esse, & aliud magnum, aut sapien-  
 tem, aut verum aut bonum esse, aut omnino esse.

Qualiter Deum sit simplex, multiplex ta-

mendicatur.

E

Hic diligenter notandum est cum dicat Aug. solū  
 Deū vere simplicē esse, cur dicat eundē multipliciter dicitur. Sed hoc nō propter diuersitatem accidē-  
 tium vel partium dicit, sed propter diuersitatē ac  
 multitudinem nominū quæ de Deo dicuntur: que  
 licet multiplicia sint, vnum tamē significant, scil.  
 diuinā naturam. Hęc n. non ita accipiuntur, cum  
 de illa incomutabili ęternaq; substantia incō-  
 parabiliter simpliciore quā est humanus animus,  
 dicuntur, quemadmodum cum de creaturis di-  
 cūtur. Vnde Aug. Li. 6. de Trin. Deo, inquit, est hoc Cap. 4.  
 esse, quod est fortē esse, vel sapientē esse, vel iu-  
 stum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate,  
 vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia Ibidem pau-  
 eius significetur: Humano autē animo nō est hoc lo inferius.

D 2 esse